Omneq et integrum ius suum sibi ad pmissa serviens in personam Gnosi Notarij Terrae Bielscen et eius successor transfert et transfundit Dans eidem Gnoso Notario omnimodam potestatem eiusmodi summam recipien pro vos restituta iure agendi et in executionem deducendi quomodocunq ses aut quo illi melius videbitur convertendi.

Actum in Curia Regia Branscensi Sabbatho post Festum Sancti Andreae Apostoli prox Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo.

Dworakowski Pikat de Pena Infamiae et colli Quittatio.

Coram officio et actis pntibus Castren Capitan Branscen pli compns Nlis Joannes filius Pauli Ruchowski sanus mente et corpore existens palam pnte ac libere Recognovit Quia nlem Albertum olim Joannis Pikat Dworakowski de pena Infamiae et colli super ipso coram officio Castrensi Branscen Ratione per ipsum post detentionem ipsius respectu complicitatis filiorum suorum excessivorum et cum ipsis criminum certorum patrationis ex Carceribus Curiae Branscen in fugam se se convertionis in contumaciam eius obten tum et eiusdem Penae Infamiae publicatione ac toto effectu omnibusq processionibus ad hanc usq actum habitis eximit quietat et liberum facit Decretumq eiusmodi pro eius interesse cum toto eius effectu cassat et annihilat perpetuis temporibus Quam quidem quietationem hic iudicio pli stans supra scriptus nlis Albertus Dworakowski pro rata et grata suscipere se declarat et personali sua recogn approbat.

Pietrzykowo Golembki Donatio.

Coram offo et actis pntibus Castren Capitan Branscen pli compns Nlis Joannes olim Joannis Pietrzykowski Susto de Pietrzykowo Golebki hrs. licet quidem ex permissione divina debilis et pede dextro sed tamen mente sanus et claudus palam pnte ac libere Recognovit Quia nli Alberto olim Stanislai Pietrzykowski et eius posteris Bonorum suorum omnium mobillium et immobillium in haereditate Pietrzykowo Golebki sitis Totam et integram sortem suam se post olim Parentes suos et nles Stanislaum et Christophorum Pietrzykowskie patruos suos iure haereditario et alio quovis modo ac iure titulo concernen in areis hortis agris pratis campis sylvis aedificijs cunctis parvis et magnis sepibus et cum omnibus generaliter utilitatibus fructibus proventibus redditibusq attinentijs et pertinentijs nullis exceptis Nec non cum omni iure suo dominio proprietate propriquitate tituloq haereditario pura mera syncera et irrevocabili donatione perpetuo et in aevum dedit donavit inscripsit et irrevocabiliter resignavit Cui iam ex nunc in dicta bona realem intromn cum actuali ac pacifica possone per se [illegible] et nles duos quoru offse acceptandam dat et admittit Pacem quoq tuitione et evictionem ab omni impedimento iuridico quamvis personarum per omnes pnnes Terrestres cavet sub tannis Tembus simpli taxatis et edicendis Et Coram offo pnti Castrensi Bransc peremptoria msione hic illa dillatione motione apellatione diffugio quovis ac exceptione Hac sua Personali Recognitione mediante.